



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Alfonsus de la Corte n. 80

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

simos fœtus edidit hæc Sanctissima Religio, adeo numerosi sunt, vt iure optimo Mater Martyrum pleno ore acclamanda foret. Hucusque ille vulgari idiomate sed non vulgari erga Societatem & suos affectu, vt patet ex Martyrum, & Martyriorum sedula narratione, quæ breuitatis causa omittenda duxi.

*Est Mater  
Martyrum!*

80. \* AB ALFONSO DE LA CORTE Doctore Primario Complutensi, qui in Approbatione ad Tom. P. Andreae Perez de Triumphis fidei per nostræ Societatis Patres in Sinaloa reportatis, Societatem appellat. Religionem præclaram, magnique Parentis Ignatij spiritus, ac zeli animarum Hæredem. In quo non modica pullulat Societatis laus, tanto Ecclesiæ Giganti coæquari.

*Societas  
Religio;  
præclara  
Ignatian  
spiritus, &  
zeli heres.*

81. \* A IOAN. GONZALEZ DE MENDOZA Pænitentiaro Apostolico in Itinerario noui Orbis cap. 14. fol. mihi 349. qui postquam Christi fidem in aliquibus Iaponie Insulis, accurata diligentia, ac labore Patrum Jesuitarum introductam, afferuit; subdit, Eos sanctam doctrinam, vitamque Xauerij Apostolicam in dictarum Insularum conuersione imitatos, illisque iustissimas agendas gratias, eo quod adamantina Iaponum corda fecerint emollescere: qui bona doctrina, exemploque Patrum meliores Christianos, quam Orientalis Indiæ se exhibent.

*Eius filio-  
rum dili-  
gentia in-  
troducta  
fides in  
Iaponiam.  
Sancta do-  
ctrina, &  
Apostolica  
vita.*

82. AB ALFONSO DE MENDOZA Magistro doctissimo relato in Approbat. R. P. Fr. Ioannis Ponze de Leon ad Tom. 1. Vir Illust. Soc. fol. mihi 1. col. 2. Quæ (inquit) in terris regio non plena tam fructuoso (Societatis) labore. Illa ergo cunctarum Genitrix nationum. Sic enim oportebat quando totum Nomen Tetragrammaton hauserat. Sic ille.

*Societas  
cunctarum  
Genitrix  
nationum.*

83. \* AB AVGST. OSSORIO Leride Priore dignissimo in ser. de S. Ign. fol. mihi 1. col. 2. Societas Iesu (inquit) supra Iesum fundata felix ac fortunata Fabrica: sapiens Artifex B. Ignatius fundator; tam nobili principio clarum est, machinam fundamento non imparem surrecturam. Sane prototypus, in quem inspexit Ignatius, Aedificiū diues, elaboratum quovis pretioso

*Felix ac  
fortunata  
fabrica su-  
pra Iesum  
fundata.*

Gg lapide